COMPLEMENTUM LEXICI
PERFECTI.

Coronidis vice, ne quid omnino deeſſe videatur, adjectum: in quo continentur ſequentia.

I. *Liber ſingularis, De vocibus & Orthographia, Syntaxi, & formulis quibuſdam ut jure civili Romano plane ſingularibus, aut omnino inuſitatis*, ex Briſſ. & *aliis: cum Indice Alphabetico.*

II. *Formulæ Antiquæ, ſeu ſolemnia & hodie inuſitata Populi Rom. verba.*

III. *De variis tum Verborum tum vero & Rerum formulis & antiquitatibus, quæ in Regiis ac Decemviralibus, aliiſque priſcis Romanorum Legibus, Senatuſconſultis, & Magiſtratuum creationibus officiis ac differentiis, continentur: ex* Lipſio, Paul. Manut. Hotom. & *aliis.*
Leges Regiæ & Leges Decemvirales.
Legum Romanarum accommodata ad litterarum ordinem enumeratio.
De Senatoribus, Senatu, & Senatuſconſultis.
De Magiſtratibus Romanis.

IV. *De verbis feudalibus, præcipue notabilibus, aut alias minus uſitatis: ex* Hotom. Cujac. Vultejo, Roſenthal. & *aliis.*

Eaque ſtudio JOHAN. CALVINI alias *Kahl.* &c. collecta & adjecta: Editione Sexta nunc recognita & aucta.

ΠΑΡΕΡΓΩΝ
LIBER SINGULARIS
DE VOCIBUS, ORTHOGRAPHIA, SYNTAXI, & FORMULIS

Quibuſdam plane ſingularibus, aut omnino inuſitatis, ex *Briſſo*, & aliis: quarum Indicem Alphabeticum vide mox infra in fine horum *παρέργων*.

Quæ in Pandectis Piſanis aliter atque in tritis & vulgatis codicibus ſcripta occurrant, & quid eam varietatem, aut potius receptæ paſſim ſcripturæ labem creaverit: pauca primum demonſtremus: Ita nimirum, ut ne in alienas poſſeſſiones temere irruamus, & vaſtiſſimum de Orthographia Latina dicendi campum apertum, quibus oportet, relinquamus. Et hic ea tantum, quæ propoſitis rebus neceſſaria ſunt, ita perſequemur ut nobis res, non nos rebus ſubjiciamus; reliqua ad eos, quorum ea de re propria notio eſt, remittamus. Invenio igitur quod *Sterquilinum* vulgo dicitur, *Stercilinum* in Pandectis Florentinis ſcribi in *l. 17. §.* 1

ff. ſi ſervitus vindicet, & in l. 17. §. ſundo. ff. de actio. empt. Quam ſcripturam veteres lib. Catonis de re ruſtica, & *Terentii* Comœdiarum libri adjuvant, in quibus ſtercilinum conſtanter legi jam pridem *Pet. Victorius*, & *Georgius Fabricius* prodiderunt. Confirmat hoc idem B. Germani Latino *græcum* Lexicon, in quo ita eſt, Stercilinum κοπροδοχεῖον, κοπρία. Idque & verbi ipſius origo ſuadet, ex qua ſtercutii quoque Dei, quem à veteribus ſtercorandorum agrorum cauſa cultum Iſidor. *lib. 17. Etymol. c.* 1. tradit, effecta & formata appellatio eſt. Ac facile in hoc verbo C. in Q. ut in aliis multis dictionibus propter affinitatem mutatum eſt, nam & quod Quippe dicimus, id in Piſanis Pandectis 2